



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetii, 1607**

Alia forma ad hoc idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

- 8 Vel reperitur confessus hæresim & penitentias, A & non relapsus probabiliter.  
 9 Vel reperitur confessus hæresim & penitentias, sed relapsus veraciter.  
 10 Vel reperitur confessus hæresim, & impenitentia sed non relapsus realiter.  
 11 Vel reperitur confessus hæresim, & impenitentia atque relapsus certitudinaliter.  
 12 Vel reperitur non confessus, sed coniunctus de hæresi legitimis testibus, & alias iudicitaliter.  
 13 Vel reperitur coniunctus de hæresi, sed fugitus, vel absens contumaciter.

Et sicut dictum est de hæresi, sic & dicendum est de hæretorum receptione, defensione, vel fautoria. Nam delatus de receptione, defensione, vel fautoria hæretica prauitatis, vel reperitur absoluendus, & immunis totaliter, vel diffamatus generaliter, & sic de alijs, ut de hæresi est predictum.

*De primo modo finiendi fidei processum quando delatus est absoluendus.*

**P**rimus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando delatus de hæresi processus meritis diligenter discussus cum bono consilio peritorum reperitur ab obiecto hæresis etimine immunis totaliter: & hoc est, quando delatus non conuincitur, nec confessione propria, nec facti evidencia, nec testimoniis productione legitima, nec alias suspectus, nec diffamatus publice de predicto crimine reperitur.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis enim per Episcopum & Inquisitorē cōiunctim, vel diuinum, quia in hoc casu unus solus potest, iuxta gl. Ioan. And. super c. Multorum querela, de hæret. in Clemen. §. duro ramen. & versi. procedere contra illos, in alijs autem non; absoluuntur per sententiam tenoris sequentis.

*Forma absoluendi delatum de hæretica prauitate, cum nihil probatur legitime contra eos.*

**N**os frater N. ordinis fratrum Predicatorum, Inquisitor hæretica prauitati: in terris talis domini a sancta sede Apostolica specialiter delegatus. Attendentes b. quod tu talis de tali loco, & talis dioecesis fuisti nobis delatus de tali hæretica prauitate, scilicet quod, &c. Atténdentes etiā illa esse talia, quæ nō valebamus, nec debebamus coniuentibus oculis pertransire, dñe dicimus ad inquiritendum si predicta fulciretur aliqua veritate, testes recipiendo & examinando, defensiones etiam cōcedendo, & alia faciendo, quæ decebant, secundum Canonicas sanctiones: Ea propter vīs, & diligenter examinatis omnibus actis & actitatis in hac causa, omniibusq;

aqua latē libatis, habitoque consilio petitorū in iure, ac etiam in Theologīa facultate, illoque sepius repetito, sedentes pro tribunali, more iudicis iudicantes, ac habentes præ oculis solū Deū & negotiū veritatē, sacrosanctis Euāgelis positis corā nobis, vt de vultu Dei nostrum iudicium præcedat, & oculi nostri videant æquitatem; Adnotam diffiniuam sententia procedimus in huc modum.

CHRISTI nomine inuocato. Quia, per ea, quæ vidimus & audivimus, & producita & oblatā, acta, & actitata sunt coram nobis, in praesenti causa, non intenimus aliquid contra te legitimate fore probatum de his, quibus delatus fueras coram nobis, pronūciatus, declaramus, ac lente taliter diffinimus, contra te non esse, nec fuisse aliquid auctū legitimate corā nobis, propter quod possis, vel debcas hæreticus iudicari, nec suspicetus haberi aliqualiter de hæretica prauitate, quare te a præsēti instantia, Inquisitione, & iudicio totaliter relaxamus. Lata fuit hac sententia, &c.

*Alia forma ad hoc idem.*

**N**os frater N. ordinis Predicatorum Inquisitor, &c. Vīsis & diligenter discussis omnibus & singulis in præsēti causa actis, & actitatis, habitioq; solemni consilio super illis, māturo pariter & digesto, in sacra Theologia, ac iure pentitū, sedentes pro tribunali more iudicis iudicamus, habentesq; præ oculis solū Deum, sacrosanctis Euāgeliis positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, ac die, hora, & loco tibi tali, de tali loco, talis dioecesis, ad audiendam diffinitiā sententiam assignatis, sententia liter declaramus, pronunciamus, & diffinimus contra te nō esse coram nobis legitimate probatum aliquid de his, de quibus delatus fueras corā nobis, scilicet quod dixeras, vel feceras, &c. propter quod debes hæreticus, vel suspectus de hæreti reputari. Quare te absoluentes per præsēti nostram sententiam, a præsēti instantia, ac nostro iudicio relaxamus. Lata fuit hac sententia, &c.

Caveatur quod non ponatur in sententia, q; est insons, vel immunis, sed quod non fuit probatum legitimate contra eum: vnde si post modum, temporis processu iterum deferatur, & legitimate probetur, potest non obstante prædicta absolutionis sententia condemnari.

Eodem modo absoluendus est quis, quando est delatus de receptione, defensione, seu alias fautoria hæretorum, seu hæretice prauitatis, cū nihil probatur contra eum legitimate.

*COMMENT. XXXVII.*

**I**dem prorsus Iacobus Sprenger in millio malef. X. carū 3. p. q. 20. & Locatus in fine operis indicis Delictis, in formula absoluēdi delatu, quando nihil est legemātum contra eum probatum, & Zächinus c. 41. in fine. & Tabiensis in Sum. verbo, Inquisitor. s. 12. n. 13. & Sylvestris de Sirigibus li. 3. c. 4. partio. 3. Et

*Et de sententijs in causa heres pronuntiadis vi  
de Conradum Brunum lib. 4. de heret. c. 10. & Ioā  
nem Roiam in singularibus fidei singul. 177. cum  
aliquot sequen. Gondifaluum tract. de heret. q. 20.  
nu. 8. & seq. Franciscum Squillacensem de fide ca-  
tholica c. 44. Simancas de catho. instit. tit. 60. &  
Archidiaconom & Joannem And. copiose, in e. ut  
commis. de heret. lib. 6.*

*In talis In. a Talis enim per Episcopum, & inquisitorem  
coniunctim, vel diuisim: quia in hoc casu vnu  
solus potest, &c. ] Et hæc sententia, quod cum reus  
absoluendus, vel solus Episcopus, vel solus Inquisi-  
tor ipsum possint absoluere, de iure verior est: quam  
uis contraria sit tutor: sed de hoc articulo ex pro-  
fesso disputat Eymericus infra hac par. 3. q. 48. ubi  
dixi copiose.*

*b Attendentes, quod tu talis de tali loco, &c.  
sufisti nobis delatus de tali heretica prauitate, scilicet  
licet quod, &c. ] Hic videtur non obsecare indicare  
Eymericus in sententia absolutoria exprimendas  
esse hereses, aut delicta eius qui est absoluendus, ob  
que fuit accusatus, sive denuntiatus; quod tamen nul-  
lo iure cautum est: & propterea crederé salubrius  
esse, nullis erroribus recitatis, cum non fuerint ad-  
versus ipsum probati, pronuntiandam esse sententia  
absolutoria publice, sive contra defunctum, sive  
contra viventem, quod valde prudenter cautum in C  
uenio per Madrilianam instructionem anni MDLXI.  
c. 62. in hac verba à nobis Latine redita.*

*Quando defensor memorie & famæ alicuius  
defuncti legitime causam defenderit, fueritque  
defunctus ab ea iudicij instantia absoluendus, se-  
tentia eius pronuntiabitur in publica actione,  
cum edicta publicata fuerint contra ipsum. quā  
quam non debet hoc casu produci statuta defun-  
ti qui absoluuntur in publica actione: neq; etiam  
debent recitari in particulari errores, de quibus  
fuit accusatus, cum probati non fuerint. atq; hoc  
ipsum debet obseruari circa illos, qui personaliter  
fuerunt capti & accusati, & absoluuntur ab D  
instantia iudicij, si fuerit hoc ab ipsis petitiū. ha-  
bentus ibi. Qua propterea mibi r̄bique obseruanda  
videtur, quoniam multa aquitate nituntur, & ra-  
tioni sunt valde consona.*

*c Caeleur, quod non ponatur in sententia;  
quod est insons, &c. ] Idem hoc obseruat Taberis  
in sum. verbo, Inquisitor. §. 12. nu. 13. versi. cauea-  
tur. & Sprenger in malleo maleficarum. 3. p. q. 20.  
in fine. quod est custodiendum ob rationem hic ab  
Eymerico allatum. quoniam minus bene fortas-  
sis Zanchinus tract. de heret. c. 41. in fine posuit in  
sententia absolutoria hac verba.*

*Idcirco te tanquam penitus innocentem, per  
nostram diffinitiuam lententiam in his scriptis  
absoluimus a dicta Inquisitione & cōtētis in ea.  
Sed quid si absoluatur tanquam penitus innocēs  
& immunis, & postea de eodem criminis deferatur  
poterit ne non obstante sententia absolutoria, iterū  
iudicari, & condemnari? Respondeo posse; quoniam  
in hoc criminis fauore fidei sententia quacunq; nū-  
quam transeat in rem iudicatam, ut singulariter  
docuit Lucas de Penna, in l. vñica. verbo, no. 11. C.  
de sent. aduersus fiscum latiss, retract. lib. 10. quem*

*A sequitur Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. affer-  
tio. 49. & idem in eadē parte de priuilegijs Inqui-  
sitorum, nu. 449. & Simancas de catho. insti. tit. 60.  
nu. 13. quam sententiam videtur probare textus in  
c. ut commis. §. nec non. de heret. lib. 6.*

*Verum omisis iam antiquis controversijs, no-  
tissime Pius V. Pont. Max. rescripto quodam inci-  
piente: Inter multiplices entas. quod est impre-  
sum inter litteras apostolicas pro officio Inquisitio-  
nis, in fine huius operis, inutissime cauit, ne senten-  
tiae in causa fidei numquam transirent, aut deinde  
transeat in rem iudicatam.*

*B Atque ex his penitus refellitur opinio Decij con-  
si. 137. incipien. Diligenter pro temni facultate. Con-  
radi Brum lib. 4. de heret. c. 8. in fines afferentis, ha-  
retico prodesse exceptionem rei iudicat & nullis er-  
go diffinituarum absolutoriarum sententiarum ex-  
ceptionibus obstantibus, quoties noue probationes,  
aut indicia acceperint, de eodem criminis & inqui-  
sitionis, & condemnatio fieri poterit.*

*Quod vero paulo ante dicebam cum Eymerico,  
videlicet, neminem esse pronuntiandum innocentem,  
aut immunem in sententia absolutoria: tunc non cre-  
derem procedere, quando per testes falsos fuit conui-  
ctus, aut per iniquos & malevolos, & inimicos ca-  
pitales, vel conspiratores delatus, qui postea pœnitē-  
tia duci dixerunt se falso dedisse, aut falsum testi-  
monium contra delatum dixisse constitit: hoc enim  
casu cum constet de manifesta innocentia delati, &  
de aperta iniquitate testium & delatorum, optime  
poterit in sententia absolutoria pronuntiari insons,  
& peritus immunis, ut etiam Eymericus ipse iudi-  
cat faciendū in 12. modo processum terminandi. nu.  
208. in fine, ibi. Ipsi relato vt immuni a iudicio  
relaxato. & bac fortassis ratione locutus cēseri po-  
test Zanchinus, quem paulo ante merito refelleba-  
mus: sed cū testes, aut denuntiatores tractant dictū  
suum, videndū est diligenter ne id faciant, quia cor-  
rupti fuerunt prece, vel a delato, vel a consanguineis  
& amicis delati, de quo dixi alibi plenius.*

### De secundo modo finiendi processum in causa fidei per purgationem canonicam.

*S Econdus modus processum fidei termi-  
nandi, & finiendi est, quando delatus  
de heresi, processus meritis diligenter  
discussis, cum bono consilio peritorum, reperi-  
tur solumente de tali heresi diffamatus in ali-  
qua villa, ciuitate, vel prouincia: & hoc est quan-  
do delatus non conuincitur, nec propria confes-  
sione, nec facti evidentia, nec testium produc-  
tione legitima, nec quæcumque alia indicia pro-  
bantur legitime contra eum: nisi præcise sola in  
famia.*

*Circa istum talis practica est seruanda in tali  
casu. Quia a lententia non potest ferri pro delato,  
absoluendo eūdem, sed cōtra, indicendo sibi pur-  
gationem canonicanam, Episcopus & Inquisitor  
coniunctim, & nō diuisim (nisi vnu committat  
alteri*